



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Metaphrasis Gregorij martyris & episcopi Neocaesariae fides. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

genium coactus, ad sanum diuertit Apollinis, ibi
pernoctat. Quo mane recedente, recedit & dæmon:
poscitur dare responsa, ut prius, obmutescit. Consuli
tur a sacerdote, opponit titulum aduentus Gregorij.
Mox sacerdos occupat viam, perueniensq; ad Grego
rium, querelam expulsi numinis exponit, queſtumq;
deplorat amissum. At ille scribit epistolam in hęc ver
ba: Gregorius Apollini: Permitto tibi redire ad locū
tuum & agere quae consueuisti. Hanc sacerdos ad sa
num fert epistolam, ponitq; iuxta simulacrum. Ad
est ite dæmon, iterum dat responsa. Tunc sacerdos
in semetipsum conuersus ait: Quomodo non multo
melior est Gregorius isto Apolline: citius obtempe
rat iussis. Et descendens eadem hora ad Gregoriū, re
ferensq; epistolam, rem ordine pandit, vtq; se offerat
deo rogat. Tunc relicta gentilitate factus est ab eo ca
rechuminus, & cum se castissimæ virg& abstinentissi
mæ mancipasset, etiā baptismus consequitur, & int̄m
fide & virtute p̄ficit, q; beati Gregorij successor in epi
scopatu efficitur, sed & inde Gregorius ingenij sui no
bis in paruo maxima monimenta dereliquit.

NOTA metaphrasim Gregorij
martyris & episcopi Neo
cæsarie. Cap. VIII.

IN Ecclesiasten nanc⁹ metaphrasim scribit magni
ficentissime, & catholicæ fidei expositionē breui
ter ita continentē: Vnus deus pater verbi viuētis,
sapientiæ subsistētis, & virtutis suę & figurę, pfectus
pfecti genitor, pater filij vni geniti, vni deus solus ex
solo deo, figura & imago deitatis, verbū penetrās, sa-

RERVM MEMO. LIB. VII.

piq
on:
fili
rij.
go
nqz
ver
ocū
dfa
Ad-
dos
lto
pe-
re-
rat
o ca
rissi
utm
epi
no

pientia cōprehendens omnia, & virtus qua tota crea-
tura fieri potuit. Filius verus veri, & inuisibilis ex inui-
sibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immorta-
lis ex immortali, & sempitern⁹ ex sempiterno. Vnus
spiritus sanctus ex deo substantiam habens, & qui p
filiū apparuit imago filij perfecti perfecta, viuētibus
causa sanctitatis, sanctificationis præstatrix, per quē
deus super omnia & in omnibus cognoscitur, & filius
per quē omnia. Et trinitas ista perfecta maiestate &
sempiternitate & regno minime diuiditur, neq; abali-
enatur. Igit̄ neq; factū quid aut seruiēs in trinitate, ne-
que superinducētū tanquam antehac quidē non sub-
sistens postea vero superingressum. Neq; ita defuit
vnquā filius patri, neq; filio spiritus sanctus, sed incō-
uertibilis, incōmutabilis eadē trinitas semper. Hac-
tenus de Gregorio.

GALIENVS imperator regnat
annis xv. Caput IX.

In tere a Dionysius apud Alexandriā in pace ecclē-
siastica diem obiit, decē & octo annis functus sa-
cerdotio, Maximus succedit.

CLAVDIVS regnat annis duobus. Ca. X.

Alienus q̄c moriēs Claudiū habet successorē,
q̄ in breui morit, Aureliano succedēte. Cuius
temporibus cōgregato apud Antiochiam cō-
cilio, Paulus Samosatenus vltima animaduersione
damnatur, disputāte cum eo Malchione quodā per-
fectæ eruditio nis viro, excipientibusq; notariis. Quæ
disputatio ita magnifice ab eo & accurate habita est,
vt nunc quoque legentibus sit in admiratione. Itaq;

E iii